

f. 62, 39.

Xa
4448

AD
PANEGYRICVM FESTIVVM
QVEM IN
AVSPICATISSIMVM NATALEM
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI
D O M I N I
IOANNIS ADOLPHI
SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM
ANGARIAE WESTPHALIAEQVE DVCIS LANDGRAVII
THVRINGIAE MARCHIONIS MISNIAE NEC NON VTRIVS-
QVE LVSATIAE COMITIS PRINCIPIS HENNEBERGICI COMI-
TIS MARCAE RAVENSBERGAE ET BARBIAE DYNASTAE IN
RAVENSTEIN MAGNI SARMATICI AQVILAE ALBAE ORDINIS
EQVITIS AVGVSTISSIMI ROMANORVM IMPERATORIS
VT ET S. R. I. SVPREMI REI TORMENTARIAE PRAEFECTI
POTENTISSIMI POLONIARVM REGIS AC SAXONIAE ELE-
CTORIS ARCHISTRATEGI LEGIONIS PEDESTRIS
CHILIARCHAE RELIQA
PRINCIPIS AC DOMINI NOSTRI SINE EXEMPLO
INDVLGENTISSIMI
FELICI SIDERE PRID. NON. SEPTEMBR. ∞ 10CCXXX.
A D F V L G E N T E M
IN ILLVSTRI AD SALAM AVGVSTEO
D. VIII. SEPTEMBR. H. L. Q. C.
DICTVRVS EST
NOBILISSIMVS AC VIRTVTVM LAVDE FLOREN-
TISSIMVS IUVENIS
D O M I N V S
HEINRICVS CHRISTIANVS LEHMANN
LEVCOPETR. MISN. LL. STVDIOSVS INDEPRESSVS
GRATIOSE AC BENIGNE PERCIPIENDVM
CARMINE HEROICO PRAEMISSO
QVA PAR EST OFFICII AC AFFECTVS SIGNIFICATIONE
INVITAT
ELOQVENTIAE AC POESIOS PROFESSOR
GOTTHILFF AVG. SCHVMANN. D.

L I P S I A E
LITTERIS IO. CHRISTIANI LANGENHEMIL

1796

AD
FESTIVUM
OVM IN
AVSPICISSIMAM NATALIAM
SERENISSIMI FRANCISCAE APOSTOLICAE
D O M I N I
IOANNIS ADOLPHI
SAXONIAE ELECTORIS CIVIS MONTIVM
ANGARAE VETERINARIUS VIVENS CANDIDATUS
THEOLOGICAE FACULTATIS ACADEMIAE
GVE LITTEARVM HONORIS OPTIMO MERITO
IN HANNOVERIAE ACADEMIAE APOSTOLICAE
RACVIAE HONORIS ACADEMIAE HONORIS
HIS PONTIFICIS ACADEMIAE HONORIS
VT ET ALIIS ACADEMIIS HONORIS
POSSESSORIS HONORIS HONORIS
CIVIS MONTIVM ACADEMIAE HONORIS

FRANCISCAE APOSTOLICAE
FESTIVUM HONORIS HONORIS
IN HANNOVERIAE ACADEMIAE
D. VII.
BIBLIOTHECA
HONORIS ACADEMIAE HONORIS
DE HONORIS



D. O. C. D.
HONORIS ACADEMIAE HONORIS
HONORIS ACADEMIAE HONORIS
CARMINE
GVA PAR EST ORATIONE
INVITAT
ELOCVENTIAS AC POESIOS PROFESSOR
GOTTFRID AVG. SCHUMANN D.



LIPSIÆ
LITTERIS IO. CHRISTIANI LANGENHEIMI





Gaudia, Melpomene, noua dum celebramus, adesto,
Huc ades, officium meditatur honoris agalma,
Ludere quod suadent Cinctæ Parnaside lauro.
Pone supercillii grauitatem, pone verendam,
Vt cithara molli moduleris carmina blanda.
Sume nouas capiti frondes, sic postulat versa,
Caesariemque tuam distinguant florida fersu.

Fortia de tenui calamo libabimus oestra,
Quae pietas iugis proclamet Atlantis ad aequor:
Venit enim tempus rursum, quo magnus ADOLPHVS,
Maternam linquens aluum, vitalia primus
Lumina decerpfit, Lucina quippe fauente.
Tripudii fonitus pernox hinc tendit ad astra,
Tendit, io! vel sexcentos Leucopetra plausus
Nectere dum gestit, festi gauisa triumpho,
Nam velut Iliadae sacrauit Roma Quirini,
Auroramque Iouis natalem Gnosia tellus:
Sic merito iactas, Leucopetra percita, lucem,
Hancce salutigeram lucem, quae conscia partus
ADOLPHI nostri, quem basiat almus Apollo,
Quod proceres inter mundi carbunculus ardet:
Ecce Ducem vigilem, Dominum, Leucopetra, lustra,
Quam tua sceptrum tenet sapiens! quia celsior alter
Vexillo pacis, thorace nec exstitit vmquam.
Hic tibi nimirum Princeps, hic praestitit Heros,
Qualia subiectis non ille, vel ille colonis.
Quum perculsa fores immani turbine caussae
Non bene connexae, chaos et deforme timeres,
Hic poterat desperatae succurrere labi,

(Exsulto referens!) Hic publica vulnera sanat.
Hic secura tibi tranquillae tempora vitae
Restituit: vultu iam Praenestina fereno
Oedepol! auspiciis subridet Principis huius;
Ridet, spe lactat bella, ceu Solis ab ortu
Remigio plumae Iouis ales cum fecat auras.
Ergo, IAN ADOLPHE, Tuis quae laudibus addam?
Proxima post Numen Spes, Scipio noster amande,
Ergo quis lituus Te buccinet, Optime Princeps?
Nam Tua promeruit tantam praestantia famam,
Debita quanta fuit Titis: Tu comis vbique
Et placidos vincis Drufos, Neruasque quietos.
Os quoties caeleste moues, et labra benigna,
Exsuperans dulci grandaeuum Nestora vena,
Suauior Hyblaeo Tibi copia melle redundat,
Verbaque ceu riguis promanant imbribus acta.
Schemata, poenituit non Te, triuisse venusta,
Queis recreata scias erectae femina mentis,
Quae, decus antiquis generosis regibus, atque
Incluta principibus fuit olim gloria, nosse.
Cumque bonis faueas studiis, his integer adstans,
Palladis excultos colis artibus: haec Tibi cordi,
Saecla Tuis terris ne sint ingrata Camenis;
Quas, vt ab Hetruscis, Maecenas, regibus ortus,
Sic Tua non modicis impensis obtinet aula.
Atria conferuas, comptisque palatia Musis,
Suppetiisque Tuis concors Paeana canorum
Ingeminat Pindus, spatioso vertice cautis
Leucopetrensis vallatus: Clio diferta,
Arripe! murmuribus Salae pia cantica miscet.
Arma canant alii, bombardis moenia iacta;
Nunc, ADOLPHE, Tuus diuinus spiritus autem
Virgatum sagulum tunicaeque togaeque fluenti
Haud praeferre valet; requiei sunt sua regna.
Semideis haec Te virtus heroibus aequat,
Nec Tibi consimili turgescit Roma superba.
Sed tu quid tandem, Leucopetraea corona,
Dum vegetus Rector tuus, ac dum purpurat Eius
Taenia, dumque poli factis grassatur ad axem?
Euge! fremas plaudens, et ouans Leucopetra plaudet!
Arte laboratas iam laetior indue vestes,
Chrysolitho pallam sinuosam diuite pandens:

Aurea gemmato suspende monilia collo,
 Tempora iuniperus rutilantia serpito circum:
 Proque salute Ducis, fortunataque senecta
 Farre Deum supplex, plena venerator acerra.
 Vos quoque, Pierides, quas haec, pro Phocide, rura,
 Et, pro Castalio, sustentat limpida Sala,
 Vos decet elata lepidum testudine carmen
 Fingere; Maconidum fenos percurrere campos
 Vos decet, atque choros hoc lumine cogere festos.
 Vade bonis auibus quapropter casta caterua
 Thespiadum; linguae suboles ac aëris, Echo
 Accinat, atque Tuis responset viuuda chordis!
 Albi nam Saxi te saluam degere fano,
 Contigit egregii petasone IOANNIS ADOLPHI:
 Quid? quod et hic Atlas validus tutissima fulcra
 Lapsò substruxit statui; portusque fideles
 Iam referat vobis bonitatis: more Mineruae,
 Hic vos respectans, deuotis adnuit ausis.
 At Tu, magnanimis heroibus edite Princeps,
 Natalis Cuius fax augustissima fulget,
 Salue! pallentes, age sis! protrudito curas,
 Quae tacitae quod si cerebri penetralia pulsant.
 Indulgens salue Dux, salue! iubila nostra,
 Ceu Traianiades, facie dignosce sagaci,
 Quae Tua thuricremis aris magnalia spirant.
 Fructibus halanti conuiuaturus in horto,
 Quae genio debes fautori, munera solue.
 Nec, licet aerumnas tetricas minitetur Erynnis,
 Te squallens, sed cruda Deo, Te rugaque vernans
 Excipiet; senii canos instare valentis,
 Euoè! stelliferi portendit conditor orbis.
 Sidera namque Tuo radiabant prona sub ortu,
 Et propiore simul concursu iuncta fuere,
 Vt refrigerio, si res deposceret, essent,
 Viribus utque suis reprimant discrimina coeca.
 Adde, quod ipsa trium Parcarum maxima, Clotho,
 Clotho, fatorum dominatrix, nescia flecti,
 Dicitur hocce Tuas ad cunas gutture felix
 Effudisse melos, fortis praefaga beatae:
 Cresce Puer, quo nullus erit praelustrior olim,
 O diuine, potens Atauorum, Nate, labore,
 Cresce, Tibi iam nobilitas maturior aeuo!

Mitia tractantur nostro Tibi stamina fuso,
Longaque fatali filo sunt pensa voluta.
Nil Tibi deceptrix hominum, fortuna, nocebit,
Quae solet ambiguo passu mutabilis ire:
Nonque Tuos anceps varios rotet alea casus,
Obiiciat quamuis grauiora repagula rupe
Aetna, queis audax retrahat molimina iusta;
Ilias atque mali Te saepe tenaciter angat:
Omnia consilio vinctes, et ad omnia fortis,
Quae subeunda viris occurrunt, vsque vigebis.
Ad Tua pilatae trepidabunt signa phalanges,
Marte laceffit cum tela tonantia vibras.
Turpia nempe dabunt hostes Tibi terga fugati,
Quorum crebra premes, terebrabis et agmina victor.
Heu! quam corripiet campos, quam praepete cursu
Oppositus miles! secus haud, ac cerua cruentis
Circumuenta lupis, dubio cui tramite nullum
Robur, et in volucris gracilis fiducia gressu,
Praecipitat suspensa fugam, iamiamque teneri
Credidit, et elusos audit concurrere mortus!
Ardua Te diuo pro Caesare bella gerentem
Itala, Gallorum spectabunt, arua, ruina.
Te vetus Hunnorum, Te natio Paerone recta
Nauiter indomitum cernet, quem nulla refringant
Classica, cui minime correpant membra pauore.
Rhenus et haerebit stupefactus, quando retexit,
Tepeditum cuneos, et equestres ducere turmas.
Denique virtutisque Tuae, dextraeque fragores
Sarmatis horrebit funestis cladibus ora.
Quod iubar! incedes quoties clypeatus, et auro
Squamiger, ac rutilus cristis, et casside maior!
Nec tamen inuicta semper palpabere tantum
Palma, sed variis redimitus dotibus esto!
Iura dabis, legesque feres, Solonia pacta
Impones genti fidae; moderataque constans
Anteferes animi non rectis motibus, aio.
Te non foedabit luxus, non praua voluptas;
Compedibus Venerem, vinclis fraenisque Lyaeum
Nodabis: praedam non inplacabilis ira
Te faciet; Tibi nec gliscet violentia torua.
Fluxos Tu numos haud numinis instar habebis,
Non inhians lucris, et habendi grandia voto.


Inuisent iterum, Te Principe, numina mundum,
Lurida quae rabies hominum, quae vita sinistra
Terris ac maribus pepulit Garamantas ad Indos.
Prisca fides, libramque gerens, Astraea, bilancem,
Caelestis virgo, cuius stant foedere ritus,
Sanctaue religio, diuo quae flagrat amore.
Mox in velle Tuo statuent haec numina sedem,
Teue diis iungent, velut aequiparabile quiddquam.
Tu columen miseris, vexatis ancora sacra,
Perfugium surges damnorum mole subactō;
In Te praefidū vis inclinata recumbet.
Sed Puer, auscultat caelebs, heus! concio nobis
Pegafidum: plangens Titan, heus! talia fatur:
Ecce! iacent Clariae, sunt neglectaeque forores,
Temptior est vili iam stercore Phocidos vnda,
Abiectaeque situ fordent cannaeque lyraeque;
Vae mihi! cum fidibus mutescit barbytos apta!
Non honor ingenio, non est sua gratia Musae,
Turpe! saginatur solus Cumanus asellus.
Ardelio fiat modo quis, nugator et amens,
Deuoeat diris vt quem bonus omnis hiulcis,
Occulat aut multum crasso quis pectore vulpis;
Praecipuos ita furatur praelatus honores
Iste, Licaoniis infarcit faucibus offas
Pingues: (succedant, vt gramina pasta catello!)
Tu facias vero, natura clarus auita,
Principe quod magno non dispar, tempore quondam.
O Princeps infans, doctos o spernere noli!
O Te ne pudeat Musarchae nominis alti!
Iulius, en! fertur Musis comitatus, et armis,
En! Cicero fertur, legitur Galienus itemque.
Sunt comites, Musae, regum, sunt, crede, ministrae,
Excubiis quarum ditionum summa perennat.
Viuit honos! sunt virtuti, sunt praemia digna,
Immortalia sunt, viuax quae Musa propinat.
Sis igitur pollens protector, sis et amicus
Queis intra velum praelegit Iuppiter, et queis
De meliore luto sculpsit praecordia Phoebus:
In Tua tunc soluent praeconia byssina linguas,
Ac super extremi glomerabunt culmen olympi,
Dixerat: et forti laxat Lucina futurae
Ora Dei iussis, *Albenti credita Petrae*:

QX Xa 4448 X 313 3864

Terrarum caelique Satori cara Propago!
Hem! Tibi *Progeniem quinam*, prolemque virilem
Aufferet atra dies, hem! funere merget acerbo!
Disrumpet Libitina ferox hac, ilia, caede,
Hoc tragico luctu quassabit funditus artus:
Vagitans Heros, non haec sine numine Diuum
Euenient: Superis constantia sobria grata.
O tormenta metus, o Plutonisque furores
Proculcans dura, veluti Marpesia cautes!
Maeste Tua virtute! Deus dabit his quoque finem:
En! Tibi nascetur *Suboles mas, corpore sano,*
Plurima Successor: sic digerit omnia Numen;
Digerit; *Ascanium* demum generabis, iniquis
Invidiis *furiae* quem non disperdere possint.
Haec Lucina, tori custos: at Lumen amoenum
Hoc Natalitium Pylis redeuntibus annis
Emicet! hoc etenim, psallet spes firma, reuerso:
Stet Patriae Tutor, viridi stet prosper oliua!
Principe non laeso residet respublica pulchra;
Principis immo salus populum lex priua manebit.
Aequali sensu confertus rite LEHMANNVS,
Filius eximii, praecellentisque Parentis,
Sedulitatis homo multae, qui strenuus ambit
Scandere doctrinis amplissima munia rerum,
Concilii nostri consensu fultus, ad unguem,
Effatis Latiis, calida suadaeque medulla,
Grandisonos Domini nostri recitabit honores.
Ibimus ergo simul, capturi *luce sequenti*
Haec panegyrici pompas cum plausibus aequis:
Ibimus; vtque frequens manibus plaudentibus adsit,
Doctaque nobiscum procedat turba, rogamus,
Actus magnifici cum symbola pressa videbit,
Atque sub aëria turri vox tinniet aeris.
Denique te moneo, Ciuis, stipatus adito,
More satellitii: reuerentia candida mandat!

P. P. LEVCOPETRAE, VII. IDVS SEPT. CIOIOCCXXX.





B.I.G.

Farbkarte #13

h. 62, 39.

Xa
4448

AD
PANEGYRICVM FESTIVVM
QVEM IN
AVSPICATISSIMVM NATALEM
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI
D O M I N I
IOANNIS ADOLPHI

SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM
ANGARIAE WESTPHALIAEQVE DVCIS LANDGRAVII
THVRINGIAE MARCHIONIS MISNIAE NEC NON VTRIVS-
QVE LVSATIAE COMITIS PRINCIPIS HENNEBERGICI COMI-
TIS MARCAE RAVENSBERGAE ET BARBIAE DYNASTAE IN
RAVENSTEIN MAGNI SARMATICI AQVILAE ALBAE ORDINI
EQVITIS AVGVSTISSIMI ROMANORVM IMPERATORIS
VT ET S. R. I. SVPREMI REI TORMENTARIAE PRAEFECTI
POTENTISSIMI POLONIARVM REGIS AC SAXONIAE ELE-
CTORIS ARCHISTRATEGI LEGIONIS PEDESTRIS

CHILIARCHAE RELIQVA
PRINCIPIS AC DOMINI NOSTRI SINE EXEMPLO
INDVLGENTISSIMI

FELICI SIDERE PRID. NON. SEPTEMBR. ∞ 10CCXXXX.
A D F V L G E N T E M

IN ILLVSTRI AD SALAM AVGVSTEO

D. VIII. SEPTEMBR. H. L. Q. C.

DICTVRVS EST

NOBILISSIMVS AC VIRTVTVM LAVDE FLOREN-
TISSIMVS IYVENIS

D O M I N V S

HEINRICVS CHRISTIANVS LEHMANN

LEVCOPETR. MISN. LL. STVDIOSVS INDEFESSVS

GRATIOSE AC BENIGNE PERCIPIENDVM

CARMINE HEROICO PRAEMISSO

QVA PAR EST OFFICII AC ADFFECTVS SIGNIFICATIONE
INVITAT

ELOQVENTIAE AC POESIOS PROFESSOR

GOTTHILFF AVG. SCHVMANN. D.

L I P S I A E

LITTERIS IO. CHRISTIANI LANGENHEMIL.

1798

